

Nonnulli Rom. Pontifices ab impactis erroribus vindicantur. 85  
 Romanus Pontifex superior est Concilio etiam Generali, tam dignitate auctoritatis, quam potestate jurisdictionis. 115  
 Pontificum dicta, afferentium se teneri observari Canonibus, quomodo intelligenda? 129  
 S. Petrus duplicem personam gessit. 132  
 Petrus Pithaeus auctor duorum librorum sine auctoris nomine impressorum. 142  
 Promissione Christi Petro dicentis: *Tu es Petrus &c.* Pontificis infallibilitas inflatur. 75  
 Ex Evangelico Textu *Pascite oves meas* probatur Pontificem Rom. superiorem esse Concilio Generali. 116  
 Pius II. Pontifex quid scribat de appellationum & appellantium audacia? 127  
 Princeps quomodo teneatur legi. 130. & 139  
 Petrus de Marca Parisiensis Archiepiscopus laudatur. 144  
 Duas retractationis schedulas signavit. *ibid.*

**N**ote in Rescripta nonnullorum Pontificum Rom. diffantur. 94  
 Rodulphi Pontificii Nuntii praelara alloquutio. 136  
 Regum Gallorum erga Romanos Pontifices devotio. 149

F I N I S.

S

Historia Decreti S. Stephani P. I. de non reba-  
 prizandis Hæreticis recolitur. 85  
 Stephanus VII. & Sergius III. perperam postulantur  
 de corrupta fidei doctrina. 93  
 Sixtus V. intemeratam & authenticam Sacre Scriptu-  
 re versionem proculdit. 101  
 Duplex sensus, & libri, & auctoris exploditur. 111  
 Scriptores Galli de libertatum Gallicanarum fonte di-  
 micant. 143

T

S. Thomas discrete testatur Petri Successorumque in-  
 deficientiam in fidei iudicio. 74  
 D. Thomæ Cantuariensis præclarum testimonium de fu-  
 perioritate Pontificis. 116  
 Tadeus Friderici II. Procurator innoxius primus appel-  
 lationem ad futurum Concilium. 133

V

Decreti S. Victoris P. I. de celebratione Paschæ  
 in die Dominico Historia. 84  
 Urbanus IV. & Clemens IV. Pontificia Auctoritatis  
 defensores. 146

Z

Zephyrinus Rom. P. Montanistis non favit. 86

FRATRIS HYACINTHI SERRY

PRIMARII THEOLOGI PATAVINI

A B

ALOYSIO MARIA LUCINO R.J.C.G.

Aperta jam fronte provocati, Iterata defensio,

S E U

INFALLIBILITATIS  
 PONTIFICIÆ

*Iustis terminis circumscriptæ fusior explicatio  
 firmiterque defensio.*

DISSERTATIO  
 APOLOGETICA

SECUNDIS CURIS ADORNATA.

*Adversus novissimum Privilegiorum Pontificiorum Vindicem; Eumque novo addito Editioni  
 sue Secunda Supplemento, obstinatius adnitentem.*

EDITIO SECUNDA

AUGA, & Castigata.

## P R Æ F A T I O .

**E** Merfit nuper e pzelo Bartholomæi Giavarina Bibliopolæ Veneti Editio Secunda Libri Superiori anno Vulgati, sub titulo *Romani Pontificis privilegia adversus novissimos Ofores vindicata*: cui modo ad calcem additum est *Supplementum*, sex paragraphis distinctum: quo Opusculum meum ante sex menses publicatum, de *Pontificia Infalibilitate iustis terminis circumscripta*, refutare aggressus est Auctor, non jam anonymus, sed ex nomine titulisque notissimus, P. M. Aloysius M. Lucini, S. R. Inquisitionis Commissarius Generalis.

Ut lucem aspexit insperatus fœtus, eidem hoc ipso momento subductus est, claustroque seraque cohibitus. Quo fato, quave de Causa, ignotum mihi. Quia tamen meliori subinde arridente fortuna, liberam publicæ lucis usuram obtinuit, vulgarique jam cepit; iccirco officii mei esse censeo, novum hunc immoderati Privilegiorum Pontificiorum vindicis conatum infringere repellere propulsare; ne se forte superbius efferat; quod dejectus pridem prostratusque, caput adhuc fidentius extulerit, & quidem scisso velamine, larvaque seposita.

Id ut apte expediteque faciam, Opusculum illud meum de *Infalibilitate Pontificia iustis terminis circumscripta*, recudendum curisque secundis adornandum, incudique reddendum existimavi. Ut factis in eo pro re nata, ac suis passim locis amplissimis additamentis, quascumque *Lucinus* novi editor *Supplementi* in me contumelias evomit, quascumque ad sui defensionem fabellas ænæarias cecinit, continuata serie, eodemque orationis contextu refellam ac diluam. Novis etiam momentis, cum ab auctoritate, tum a ratione petitis, quam hucusque suscepi Causam luculentius confirmabo: nihil ut ultra desiderari a me possit, ad plenam cumulatissimamque gravissimam Controversiæ tractationem: Ut de ea iudicium quisque suum ferre valeat; uter nostrum in Pontificia Infalibilitate explicanda ac propugnanda, peccarit: An ille plus æquo profusior, an ego plus iusto parcior extiterim? Ille ne Pontificiam Asphaliam ultra juris, & æqui metas protenderit, numve ego iniquioribus terminis circumscriperim?

Prudentis nunc Lectoris erit, in hæc tria diligenter inquirere: I. Annon ex hac ipsa quam modo publici juris facio, consarcinati a Lucino *Supplementi* confutatione, invictè probatum maneat, Romani Pontificis indeficientiam iis terminis circumscribi debere, quos in priori Opusculo meo præfiniveram: II. Annon novus ille immoderati privilegiorum Pontificiorum defensoris conatus in irritum illi cesserit, imo in suum ipsius Caput reciderit: III. Annon melius illi fuisset, susceptum jam priori certamine vulnus, prudenti silentio tegere atque lenire, quam nova illa sua scriptiuncula (quam Sacri Tribunalis iniusta, suoque arbitratu elucubravit) exasperare ac refricare: relicto etiam, ut audio, abiectoque amicorum consilio, qui eum ab huiusmodi studiis avocare, ne quid illi pejus accideret, nitebantur.

Quid adhuc pessima causæ patrocinium pertinacissimum præbes? Acquiesce tandem, non mihi, sed ipsi qua convinceris veritati.

S. August. lib. 4. contra Cresc. Cap. 32.

INDICULUS  
ARTICULORUM, ET PARAGRAPHORUM

ARTICULUS PRIMUS. Suscepti Consilii Causse aperiantur.

ARTICULUS II. Primum intentate mihi querela Caput repellitur.

ARTICULUS III. Secundum querela Caput refutatur.

ARTICULUS IV. Tertium illudque precipuum intentate in me querela Caput, fufe lateque retunditur.

§. I. Quid Joannes de Turrecremata.

§. II. Quid Sylvester Prieras.

§. III. Quid Joannes Driedo.

§. IV. Quid Rodolphus Cuperus.

§. V. Quid Cardinalis Stanislaus Hofius.

§. VI. Quid Alphonfus de Castro.

§. VII. Quid Andreas Durvallius.

§. VIII. Quid Dominicus Gravina.

ARTICULUS V. Notum, intentate in me querela momentum refutatur: Quod judicium Pontificium ex Cathedra ferri debeat, ut Infallibile censetur.

§. I. Quid Christianus Lupus.

§. II. Quid Cellotius, quid Bagotius, quid Combesius, quid Cherubinus Romanus.

ARTICULUS VI. Disctis additur Corollarium.

falsique Sententia nostra de Pontificia Infalibilitate iustis terminis circumscripta, Interpretes castigantur ac reselluntur.

ARTICULUS VII. Diluuntur objecta novissimi Privilegiorum Pontificiorum Vindicis.

§. I. Objectio prima diluitur.

§. II. Secunda objectio diluitur.

§. III. Tertia objectio diluitur.

§. IV. Quarta objectio diluitur.

§. V. Quinta objectio diluitur.

ARTICULUS VIII. Satisfit momenti mihi modo objectis a Lucino, in Supplemento Secunde Editioni adjuncto.

§. I. Satisfit primo momento.

§. II. Satisfit secundo momento.

§. III. Satisfit tertio momento.

§. IV. Satisfit quarto momento.

§. V. Satisfit aliis momentis.

ARTICULUS IX. Alia privilegiorum Pontificiorum Vindicis querela depellitur, de Infalibilitate Pontificis, in factis dogmaticis iudicandis.

ARTICULUS ULTIMUS. Quorundam Sciolorum obmirruaciones repelluntur.



INFALLIBILITATIS  
PONTIFICIÆ

Justis terminis circumscriptæ fusior explicatio, firmiorque defensio.

DISSERTATIO

A POLOGETICA

SECUNDIS CURIS ADORNATA.

ARTICULUS I.

Suscepti Consilii causse aperiantur.



IX lucem afpererat vulgata superiori anno, gemina mea de Romano Pontifice falli & fallere nescio Differentio, cum statim invidiam mihi constarunt Aristarchi nonnulli, mihiq; fidenter exprobrarunt, quod Pontificiam Infalibilitatem, dum propugnare atque tueri visus eram, re ipsa impugnarem, atque ab imo suffodissem. Cur ita vero? nempe, ajebant illi, quia capite statim primo, quaestiones agitandæ statum aperiens ita præfatus eram: Illud maxime queritur, num Pontifex sententiam aliquam in materia morum & fidei, ex Cathedra seu ex tribunali, solenni ritu pronuncians, servatisque debitis juris formalis, hoc est, suis primum ad veritatis Spiritum advocandum solemnibus precibus, præmisso serio rei totius examine, præhabita consultatione Ecclesie sue Romanæ, ultra Urbis ambitum constituat, seu ut presens habet usus, adhibitis ad consultationem E. E. Cardinalibus, qui Romanum bodie Clerum constituunt; utrum inquam vel sic possit Pontifex in errorem dogmatis prolabi, falsumque judicio statuere definire atque decernere, dum Ecclesiam universam edita Constitutione docet instruit & informat. Quo dato prologo, Pontificem tunc tantum indeficientiæ privilegio potiri, tota passim Dissertatione docueram, dum Is præmissa Ecclesie Romanæ peritorum, Sapientum, ac maxime Cardinalium, Matricis hujus Ecclesie Clerum constituentium consultatione, habitoque consensu, in materia morum & fidei, ex Sacro Tribunali pronunciat.

Id scilicet grande scelus æmulis Aristarchis visum est, ac tantum non horrenda blasphemiam: unde consequens esse volvere, ut Infalibilitatem a suis Consiliariis & Consultoribus haberet Pontifex; imo ut in ipsa potius Ecclesia Romana, a Pontifice se juncta, resideret Infalibilitas, quam in ipso Pontifice summo.

Hæc dum illi aduersum me, partim clamularia miffatione blaterarent, partim scriptis ad fœderatos suos Epistolis audacter ac libere spargerent; illatum nomini meo vulnus obscure tuli atque diffimulavi: diffidia illorum omnia, con-

vicia, maledicta, furda aure sustinui: factusque sum, ut loquitur Regius Vates, Sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, quibus atrocem calumniam retunderem atque depellerem.

II. Verum quia insultat mihi modo, ac multo acrius, & scripto etiam publice dato, Romani Pontificis Privilegiorum novissimus Vindex; qui cum Pontificiæ dignitatis Ofores oppugnare aggrediar, me ipsum illorum numero censer, hæc una de causa, quod Pontificiam Infalibilitatem, quam susceperam vindicandam, iniquis, ut ait, limitibus circumscriperim, certisque conditionibus illigari, quibus potius Infalibilitas illa tota præfocatur atque extinguatur: eaque ipsa in Opusculo meo, de Romano Pontifice falli & fallere nescio, cavillatur & rodit, quæ primi illi Aristarchi superiori anno cavillati erant, & arroferant: iccirco silentium abrumperere cogor, ne famam ipse meam, nomenque meum negligere videar.

Quamquam autem qui eam mihi modo calumniam, suppresso primum Scriptiõni suæ nomine, rursus affricat, ex eorum numero sit, contra quos scribere, periculose aleæ plenum opus est, quia proferbere possunt: quominus tamea de bono nomine, juxta Dei præceptum curam habeam, nullus me subeundæ etiam proscriptiõnis pœnæ metus deterrebit: aleam faciam intrepidus, omnique timore vacuus, cum famæ meæ depresso, quisquis tandem ille sit, fidenti animo congrediar.

III. Abût tamen ut extra jasta defensionis neccitas velim excurrere, novissimumque illum Romani Pontificis privilegiorum Vindicem talione mordere; cujus potius Scriptiõni summam, institutamque probo quam maxime, susceperam ab eo causam suscepi prior ego, ac pro virili, edito ejusdem Argumenti Opusculo, peroravi. Non sum ita alienæ famæ invidus, ut si quam ille, in vindicandis Romani Pontificis privilegii collegit gloriam, (quamquam oblique me læserit) imminuere velim atque deterrere: imo plaudo & plaudentibus accino; illudque Pauli ad Philippenses I. imitari gestio: dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

Non itaque nascute inquiram, num Defensionem declarationis de potestate Ecclesiastica a Clero Gallicano Sancite, quam resellendam suscepi, sat bene dispuxerit? Num momenta doctissimi defensoris omnia, ex Historia Ecclesiastica, ex Patribus, ex Conciliis delibera plene retulerit?